



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 51. Veneti bellum contra Selimum parantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI. II. ejus Pater jurata fide cum Venetis inierat, ac ille innovaverat, Insulam Cyprum Venetæ Reipublicæ obnoxiam occupare statuit, areptoque hoc consilio ad Venetos scriptum transmisit, in quo sibi in hanc Insulam jus competere declarabat, eis denuntians, quod illud armis prosequi decrevisset.

§. LI.

*Veneti bellum contra Selimum parantes.*

*Thuan. l. c.* Venetus Senatus Mense Aprili circa annum Domini millesimum quingentesimum septuagesimum Selimi Legato hæc in responsis dabat: „Hucusque nos amicitiam cum Selimo ex fœdere religiosa, ac sincera fide colimus, prout Deum, ac conscientiam nostram hujus veritatis testes habemus: de cetero parati sumus extrema quæque tentare, & experiri, antequam ad tam iniquas, & nomine Serenissimæ Reipublicæ indignas conditiones minis, aut ulla alia ratione adigamur, Cyprus enim neque juris Muselmanici est, neque unquam Imperio Mamaluchi paruit: tributum vero, quod pepigimus, hætenus persolutum fuit, & cetera, quæ obtinentur, maligne ab iis conficta sunt, qui belli injusti gerendi occasionem  
„quæ-



„quærent; porro scelera ne commit-  
 „tantur, in Principum potestate non est,  
 „sed ad eorum officium pertinet, ne  
 „ea impune abire sinant: itaque licet  
 „inficari haud velimus, quod piratæ  
 „quidam post excursiones contra Sena-  
 „tus mandata factas clam in Insula la-  
 „tuerint, nec tamen negare potestis,  
 „quod illi latrones, qui convicti in Ma-  
 „gistratus manus inciderant, statim ju-  
 „sto supplicio affecti sint: proinde nos  
 „justitia causæ freti, si vos injusta ar-  
 „ma inferetis, ad defensionem parati  
 „erimus, speramusque Deum, tot cala-  
 „mitatum, ac malorum, quæ ex eo  
 „bello secuturæ sunt, justissimum, ac  
 „certissimum ultorem fore. Ita di-  
 „misso Oratore cuncta ad bellum strenue  
 gerendum necessaria parabantur.

## §. LII.

*Nicosia a Turcis occupata.*

Præprimis Veneti Principum opem  
 adversus communem Christianæ  
 Reipublicæ hostem implorabant, ut vero  
 hi ad valida auxilia inducerentur, sum-  
 mus Pontifex anni sacri festivitatem  
 promulgari iussit, quatenus Dei miseri-  
 cordia exoraretur, ac fideles ad pia  
 Eleemosynarum subsidia permoveren-  
 tur: nihilominus Cæsar huic bello sese  
 implicare verebatur, solusque Pontifex,

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1570.